



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 1. Marciani obitus. Leo Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66052)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXIX.

S. LEO, PAPA.

LEO THRAX IMPERATOR ORIENTIS,
ET MAJORANUS IMPERATOR
OCCIDENTIS.

§. I.

Marciani obitus. Leo Imperator.

Marcianus Imperator, Bellum in Van. Sæculum V.
dalos parans, indictis publicis sup- A.C. 457.
plicationibus, procedentis populi Theod. Lett.
agmen pedes sequebatur, & Liberali ma- Lib. I.
nu Eleemosinas dispergebat. Cum ejus-
modi supplicationi 26. Jan. an. 457. Con-
stantino, & Rufo Consulibus, interfuis-
set, haud diu postea diem obiit, annos
natus sexaginta quinque, postquam sex,

A a a 5 &

Sæculum V. & dimidio imperasset. Principis hujus
A. C. 457. memoriam virtutes, & præclara in Reli-
Chr. Pasch. gionem merita benedictam reddiderunt.
Marcel. Chr. Marciano successit Leo, in Thracia na-
tus, cui cognomen Magnus, seu Macela,
Tribunus, & urbis Selybriæ Præfектus.
Septima Februarii, anno 457. Rufo, &
Constantino Consulibus, Indictione de-
cima, electus, & ab Anatolio Episcopo
Chr. Pasch. Theoph. p. coronatus est. Annos ferme septen-
95. cim imperavit. (*)

§. II.

(*) Hic Liber XXIX. ultimus est, quem Inter-
pres Protestans, hucusque germanice reddidit, &
huic nullas adjecit Notas. Profecto! melius
unacum Notis totam Versionem omisisset, si Reli-
gioni suæ consultum esse voluisset. Munus dif-
ficillimum in se suscepit Protestans iste, dum Hi-
storiam Ecclesiasticam Scriptoris Catholici verte-
re aggressus est; si enim omnia fideliter reddi-
isset, Protestantium causam totius Antiquitatis
testimonio jugulasset. Dum vero Fleurii & SS.
Patrum verba corrupit, verax esse desiit, primam-
que, & præ ceteris Historiæ Scriptori necessariam
proprietatem abjecit. Non nemo inter Prote-
stantes quæstionem movit; an Vir Catholicus,
Religionis suæ causa, idoneus Historiæ Ecclesi-
sticæ Scriptor esse possit? hic saltem istum Prote-
stantem in flagranti deprehensum tenemus, quod
Historiæ Ecclesiasticæ ne quidem Interpres ido-
neus sit, & ideo non sit, quia Religione Prot-
estans est; nam dum, ut ipseinet in suis Præfatio-
nibus